



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 53. Parisini Parlamenti oppositio contra hanc Regis declarationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](#)

Rex ea
dec
1723
statutis
s illos,
Pontific
n Bulla
is^o An
i expli
ecte vel
poluisse,
politio
damna
cto ad
ci, Epi
ni juri
rtatibus
Quis
unitas
edes eu
cripta in
posse, T
um Co
, ut li
æsentis
ne fua
ant, a
cialibus
ad hoc
& sen
Hand

Hanc declarationem Rex edidit ad ~~Sæc. XVIII.~~
impensas Episcoporum preces. Hi e- A.C. 1739.
nim unacum Fleuryo Cardinale & Chau-
velino Regii Sigilli Custode jam dudum
Regem aliunde proprio Religionis Zelo
& pietate incensum effictim rogabant,
ut Regia auctoritate, legumque severi-
tate refractariorum petulantiam co-
hiberet.

§. LIII.

Parisi Parlementi oppositio contra hanc Regis declarationem.

Hoc Regis decretum Ecclesiæ pacem
& Regno tranquillitatē absdubio
plene reddidisset, nisi illius executio
per summam quorumdam proterviam
ad quævis audenda projectam minus
religiose fuisset promota: adhucdum
tamen, postquam D'Augueſſanus ſupre-
mus Regui Cancellarius hucusque vinci-
nescius, necnon Portailus primus Par-
lementi Parisini Præfes ſeſe Constitu-
tioni Pontificiæ ſubjecerant, haud exi-
guia proſperi ſucceffus ſpes affulferat;
quocirca Rex die tertia Aprilis ſuam
declarationem Parlamento tradi, eam-
que ad acta referri præcepit: Præfes
igitur, cum de communi omnium con-
fenu haad temere dubitaret, Regis
mandatum nonniſi aliquibus, privatim.

Q 4

ee.

Sæc. XVIII. eorum mentem exploraturus comm.
A. C. 1730. nicabat. Attamen futuræ oppositionis
augurium erat responsio, qua ex his
quidam palam edicebat, Regis decla-
rationem acceptari non posse, nisi quia
Deo perjurus, & Regi infidelis esse ve-
lit. His subjunxit alius, *decem annis* ab his
supremum Parlamenti Præsidem unius
nobiscum labii fuisse, nunc vero nobis adver-
fari, ita nempe honores mutare mori-
Nihilominus biduo post, Regis declara-
tione in omnibus Curiis prælecta, Se-
natoribus injunctum est, ut eam sine
omni tergiversatione Parlamenti tabu-
lis insererent; omnium tamen suffi-
ciis conclusum, quosdam Deputatos
esse nominandos, qui præfatam decla-
rationem exactius discuterent: Priu-
quam vero ad horum nominationem
procedi posset, supremus Parlamentus
Præses ex proprio arbitrio viginti octo
eiusmodi Deputatos designabat. Tum
vero gravis inde oriebatur contentio,
obtendentibus Senatorum potissimum
unicuique Curiæ integrum esse, ut si
quæque Deputatos nominaret. Fer-
vebat adhuc intempestiva hæc alterca-
tio, cum die trigesima prima Marti
nuntiaretur, Regem ipsum proxima
die tertia Aprilis pro tribunali aucturum.
Hoc tamen nuntio Quesnellistæ adeo
non terrebantur, ut etiam altera mor-

die contra Constitutionem Parisino Par-
lamento duos libellos supplices offer-
rent, in quorum altero, quem Parisien-
ses Advocati promulgaverant, formu-
larii subscriptionem, & Constitutionis
acceptationem propudioſo Idololatriæ
nomine infamabant.

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

§. LIV.

*Rex suam declarationem in acta Par-
lamenti referri postulans.*

Appropinquante die, qua Ludovicus
XV. Franciæ Rex pro tribunali
sedere constituit, ejus jussu Antonius
Dreux supremus rituum Magister Par-
lamentum convocavit: Convenerant
igitur in Lupara Regiæ stirpis Princi-
pes, Duces, Franciæ Pares, Mare-
scalli, aliquique quamplurimi, quos inter
Borbonius Dux Regem unacum Aure-
lianensi Duce, & Caroloregio ac Cla-
romontio Comitibus adventantem per-
honorifice excepit: Præmissis mutuæ
salutationis officiis Rex sacra solemni
interfuit, quo peracto ad majorem Au-
lam progressus, præsentes ita alloque-
batur: *Exhibeo meo Senatui declaratio-
nem, quam vestris tabulis inseri posulo,
severa a meo Cancellario percipietis. His
dictis subjunxit Cancellarius: Hœc Rex
non ideo postulat, ut Regiæ suæ potestatis*

Q 5

actum